a Fiant nati eꝰ ĩ interitũ. Et exponit se cũ addit: b In generatiõe vna deleat nomẽ eꝰ. ſ. vt nõ habeat posteros nisi vnã generationẽ. q. d. si habeat filios: nõ habeat nepotes. Determinatꝫ pœnis: oñdit q̃ iudas et iudęi mali puniti ñ tm̃ fuerĩt p̃ ꝓprijs pctis: ſ̃ etiã p̃ pctis parẽtũ: Uñ dicit: d In memoriã redeat. vt puniat ĩ eo/ e Iniquitas patrũ eꝰ. ſ. iude vel ꝓpli iudęorum: f In ꝓspectu dñi: vt vidicet eã ĩ eũ. De iuda aũt ꝓprie dicit/ Redeat: Cũ em̃ iudas erat verꝰ discipulꝰ dñi ⁊ charitatẽ habebat: q̃si recesserat iniq̃tas patrũ eꝰ de ꝓspectu dñi/ q̃tũ ad ipsũ: q̃ si pseuerasset/ nõ fuisset punitꝰ p̃ ea: Sed cũ ipse discessit a dño/ ⁊ ad patrũ iniq̃tatẽ reuersus ẽ: ipsa iniq̃tas patrũ quã ipse imitatꝰ est/ redũt in ꝓspectu dñi ĩ memoriã/ vt ĩ ipsũ vindicaret. Siĩr vindicat ĩ alios q̃ patrũ pctã imitãt. In talibꝰ em̃ locũ habet q̃d dicẽ dñs/ Exo. xx. a. Ego sũ dñs deꝰ tuꝰ fortꝫ ęlotes/ visitãs iniq̃tatẽ patrũ ĩ filijs/ in tertiã ⁊ q̃rtã generatiõnẽ. Q̃d de q̃bꝰ ĩtelligi debeat/ addit: Eoꝝ q̃ odeĩt me. Quia ĩ eos q̃ ad eũ ꝓuertunt ⁊ ipsũ diligũt/ nõ visitat pctã patrũ: Mã de talibꝰ d̃z Eęch. xviij. e. vt dictũ est: Filiꝰ nõ portabit iniq̃tatẽ pr̃is. g Et pctm̃ mr̃is eꝰ: ad lr̃az: vel synagogę: h Nõ deleat/ in eo: ſ̃ vigeat vt puniat. Sic habuim̃ pœnas iudę ⁊ iudęoꝝ: tã spũales q̃ tpales/ q̃s in pr̃iti sustinuerũt: Deinde assignat ꝓpha/ vl̃ ipse christꝰ aliq̃s pœnas q̃s ĩ futuro sustinebũt. Prima/ est eterna dãnatio: Uñ dicit: i Fiãt. ſ. pctã eoꝝ: k Cõtra dñm. ſ. corã ipso/ ab oppositꝫ: vt vindicet/ l Semp. i. ĩ eternũ. Ipsi etiã fient cõtra dñm sp/ p̃ malã voluntatẽ deo ꝓtrariã/ quã habebũt dãnati. Eccj. xl. a. Erit iracũdia pseuerãs ⁊ ꝓtẽtio. Scda/ est amissio glię: Uñ addit: m Et dispeat de terra memoria eoꝝ. ſ. de terra viuẽtiũ. Deut. xxv. d. Memẽto q̃ fecerit tibi amalech ĩ via q̃ñ egrediebarꝫ ex ęgypto. Uox põt eẽ dei p̃ris ad filiũ. Amalech/ lingẽs sanguinẽ iterp̃tat: ⁊ significat iudã ⁊ iudęos/ q̃ sanguinẽ christi ⁊ mortẽ eꝰ auide q̃ fiert: et christꝰ memor erit q̃d isti ei fecerũt ĩ via. i. ĩ vita sua/ q̃ñ egrediebat ex ęgypto. i. de mũdo. Joh. xvj. f. Exiui a p̃re ⁊ veni ĩ mũdũ: iterũ relinq̃ mũdũ ⁊ vado ad p̃rem. Hoc dixit discipulis ĩ cęna/ audiẽte iuda: q̃ postmodũ insidiatꝰ est ei ĩ via cũ iudęis: ⁊ ipse tradidit eũ: ⁊ ipsi interfecerĩt eũ p̃ manꝰ gẽtiliũ. Et sequit ibi/ Deut. xxv. d. Delebis nomẽ eꝰ ſ̃ cęlo: cauete ne obliuiscarꝫ. Et oñdit q̃re ita punitꝰ fuit iudas ⁊ iudęi. Prima cã fuit obduratio/ q̃ dei miscẽdiaz: quã notat cũ dicit: n Pro eo q̃ nõ ẽ recordatꝰ/ ipse iudas vl̃ ꝓpl̃s iudęoꝝ: o Facere miscẽdiaz: q̃z iudas illa q̃ deberet dare pauprbꝰ sic dicebat ei dñs/ furabat ⁊ dabat vxori suę ⁊ filijs. In ipsũ etiã christũ/ tã ipe/ q̃ iudęi nõ sũt recordati facere miscẽdiaz: q̃ tot eis miscẽdias fecerat: curãdo ĩfirmos eoꝝ: et docẽdo et pascẽdo eos. Scda cã ẽ crudelitas: de q̃ addit: p Et/ repete/ pro eo q̃/ psecutꝰ ẽ: tã iudas q̃ ꝓpl̃s: q Hoiez iopẽ/ videlicet christũ: q̃ ita fuit iops vt ñ haberet vbi caput reclinaret. r Et mẽdicũ: q̃ a samaritana aquã petijt. s Et cõpũctũ corde. i. q̃ cõpatiebat corde pctis hoĩm. Hunc inquã psecuti sũt t Mortificare. i. vt mortificarẽt. Hęc oĩa ad crudelitatẽ ptiuẽt. Specialiꝰ aũt possumꝰ ĩ b̃ ꝓsu notare sex mala ⁊ reprobãda ĩ iuda ⁊ iudęis: ⁊ ecõtrario sex bona ⁊ approbãda ĩ christo. Persecutꝰ ẽ/ Ecce psecutio ĩ iudęis. Hoiez/ Ecce ĩhũanitas. Inopẽ/ Ecce crudelitas. Et mendicũ/ Ecce ꝓtumelia. Et cõpũctũ/ Ecce iclęmẽtia. Mortificare/ Ecce homicidiũ. Item: Persecutꝰ ẽ/ Ecce patiẽtia ĩ christo. Hoiez/ Ecce mãsuetudo. Inopẽ/ Ecce pauptas. Mẽdicũ/ Ecce verecũdia. Cõpũctũ/ Ecce cordis afflictio. Mortificare/ Ecce passio. Post b̃ addit ⁊ alias causas: quarũ prima est/ ardẽs amor pctĩ: Uñ dicit: Et dilexit * pupillos siue orphanos/ esse opa q̃ nõ sũt ex deo. ſ. pctã: De q̃bꝰ addit: a Fiãt nati eꝰ. ſ. mala opa ipa/ ĩ interitũ. ſ. ipsi q̃ ea fecit: Cã em̃ erũt mortꝫ eterne. Uñ dicẽ dñs Joh. viij. c. In pctis vr̃is moriemini. Ro. vj. d. Stipendia pctĩ mors. Sz de bonis dicẽ apl̃s. j. Timoth. ij. d. Saluabit p̃ filioꝝ generationẽ. Uñ oñdit hic q̃ hi tales filios nõ hñt. Uñ dicit: b In generatiõe vna. ſ. in opibꝰ factꝰ in vnitate fidei ⁊ charitatꝫ. c Deleat nomẽ eꝰ. q. d. nõ habeat istã generationẽ q̃ vna ⁊ sola saluat hoiez/ ⁊ ascribi facit ĩ nũero btõꝝ/ in libro viuẽtiũ. Ps̃. Generatio rectoꝝ bñdicet. Lucꝫ. x. c. Bau dete q̃z noia vra scꝑta sũt ĩ cęlis. Sz ecõuerso pñt lugere repbi: Quia/ b In generatiõe vna deleat nomẽ eoꝝ: ſm illõ: Deleant de libro viuẽtiũ: ⁊ cũ iustꝫ nõ scribãt. Ubi q̃ scribẽt: Sol. Hiere. xvij. b. Recedẽtes a te/ ĩ terra scribẽt. Quia ꝓ plęrũq̃ peccãt hoies ⁊ moriunt ĩ pctis/ vl̃ ꝓpt negligẽtiã p̃latoꝝ/ vl̃ ꝓpt malũ exẽplũ ipoꝝ: Jõ bñ ꝑ pctõ ⁊ ꝑ pœna p̃latoꝝ subdit: d In memoriã redeat: vt puniat: q̃z mõ videt obliuioni tradita/ cũ dissimulat/ e Iniq̃tas patrũ eꝰ. ſ. p̃latorũ/ f In ꝓspectu dñi. Et bñ redibit ĩ memoriã: q̃z a filijs suis accusabunt. Sap. iiij. b. Ex iniq̃s em̃ oẽs filij q̃ nascẽt/ testes sũt neq̃tię aduersꝰ parẽtes ĩ interrogatiõe sua. Eccj. xlj. b. De p̃re ipio q̃rũt filij: q̃m ꝓpt illũ sũt ĩ opprobrio. g Et pctm̃ mr̃is eꝰ. ſ. ecclię: h Nõ deleat: Q̃d est illõ schisma/ Joh. ix. c. Schisma erat iter eos. Q̃d significatũ ẽ/ Gen. xxv. c. vbi d̃z de rebecca/ q̃ collidebant puuli ĩ vtero eꝰ. Per rebeccã ĩtelligit ecclia: cuiꝰ filij collidunt p̃ schismata ⁊ dissẽtiões. Et ꝓ̃e redibit ĩ memoriã/ iniquitas patrũ/ et pctm̃ matris nõ delebit: q̃z sp̃ erunt in ocl̃is dñi: Uñ sequit: i Fiãt ꝓtra dñm sp̃. i. sp̃ sint ĩ cõspectu dñi. Deut. xxxij. e. Nõne hęc ꝓdita sũt apd̃ me: Ps̃. Vultꝰ dñi sup faciẽtes mala: vt perdat de tra memoriã eoꝝ. Hoc ẽ q̃d sb̃dit: m Et dispeat de tra memoria eoꝝ. Memoria em̃ maloꝝ hoĩm perit: ñ tm̃ de tra viuẽtiũ: ſ̃ etiã de terra moriẽtiũ: ſm q̃ d̃z in Ps̃. Perijt memoria eoꝝ cũ sonitu. ſ. cũ sonitu cãpanaꝝ ĩ obitu: q̃z postq̃ sepultꝰ ẽ/ nõ ẽ q̃ faciat memoriã eꝰ. Eccj. x. c. Perdidit deꝰ memoriã supboꝝ: ⁊ relinq̃t memoriã hũiliũ sensu. Et causã subtũgit: n Pro eo q̃ nõ ẽ recordatꝰ facere miscẽdiaz. ſ. dare elemosynã paupibꝰ: Q̃d si fecisset/ paupes facerẽt memoriã de ipso ĩ terra moriẽtiũ/ ⁊ ĩ terra viuẽtiũ. De p̃/ Actꝫ. ix. g. Circũsteterĩt petrũ oẽs viduę flẽtes ⁊ oñdẽtes tunicas ⁊ vestes q̃s faciebat illis dorcas. De scdo patet ĩ legẽda sctĩ martini: q̃ cũ dedisset paupi ptẽ sui pallij: nocte seq̃nti vidit iesũ ĩ cęlo dicẽtẽ: Martinꝰ adhuc cathecuminus/ hac me veste ꝓtexit. Prouer. x. b. Memoria iusti cũ laudibꝰ: nomẽ ipioꝝ putrescet. Et hęc accidẽt ipio: p̃ eo q̃ nõ ẽ recordatꝰ/ q̃si lectionẽ: facere miscẽdiaz. Hãc lectionẽ legit magister noster/ Matth. ix. b. Discite q̃d ẽ: miscẽdiaz volo ⁊ nõ sacrificiũ. Et Luc. vj. f. Estote mĩricordes sicẽ ⁊ pr̃ vr̃ misericors ẽ. Hãc lectionẽ deberẽt recordari clerici ⁊ p̃lati: q̃ se dicũt discipl̃os dñi: q̃z ⁊ ipsis p̃cipue legit. Et sũt plures q̃ eã alit repetũt q̃ legerit eã magr̃. Dixit em̃: Estote mĩricordes: Nõ dixit/ loquimi. Mlti ꝓ̃o de ea loquũt/ ⁊ nõ sũt misericordes: Uñ ⁊ b̃ dicẽ: Nõ ẽ recordatꝰ facẽ miscẽdiaz: nõ dicẽ dicere vl̃ loq̃ de ea. Et adhuc aliq̃ mõ sustinerẽt paupes/ si p̃latꝫ ⁊ clericis sufficeret sb̃trahere eis bñficiũ miscẽdię: ſ̃ nõ sufficit eis/ imo cũ ĩmiscẽdia addũt tyrãnidẽ calũnię ⁊ rapinę: Uñ sb̃dit: p Et psecutꝰ est hoiez: nõ diuitẽ: q̃z nõ audet: sed/ inopẽ: q̃ mutire ñ audet: eo q̃ nec opẽ nec opes hz. Esa. iij. c. Quare atteritꝫ ꝓpl̃m meũ: ⁊ facies cõmolitꝫ: Aliq̃ñ aũt hõ inops supbꝰ ẽ: vñ nõ ẽ ita mirũ si aliq̃s pseqũt eũ: Cõtra b̃ bñ dicit: r Et mẽdicũ: q̃ mẽdicare nõ erubescit: in q̃ notat hũilitas. Uñq̃ etiã iops ⁊ mẽdicꝰ lasciuꝰ p̃t eẽ ⁊ ĩsolẽs: vñ ⁊ psecutionẽ aliquã mereĩt: ſ̃ de isto dicẽ: s Et cõpũctũ corde. Magna q̃ malitia ẽ pseqũ hoiez destitutũ oĩ ope ⁊ cũctꝫ opibꝰ/ hũilit mẽdicãtẽ ⁊ corde afflictũ ⁊ dolẽtẽ. Sz adhuc euadere posset iste paupꝫ/ si ñ ad mortẽ pseqũrẽt eũ: Uñ addit: t Mortificare. q. d.

Ps. 111.

Ps. 68.

Ps. 33.

Ps. 9.

Matth. 8. c.

Sex mala reprobãda in iuda ⁊ iudęis: ⁊ sex bona in christo cõprobanda

Doxaliter

a Et dilexit maledictionē. i. pctm/ex q̃ sequit maledi/ctio. De maledictiōe iudę/ Matth. xxvj. b. Ue hoi illi p quē filio hoīs tradet. De maledictiōe iudęorū/ Matth. xxvij. c. Sāguis eius sup nos ꝛc. b Et veniet ei. Matth. xxiij. d. Veniat sup vos oīs sanguis iusti ꝛc. Scda cā est ptēpti bo/ni spūalis: Uñ subiū/

a tificare. Et dilexit maledi/ b ctionē et veniet ei: et noluit c bñdictionē ꝛ elōgabit ab eo. d Et indūit maledictionē sicut e vestimētū: ꝛ intrauit sicut f aqua g in interiora eius: ꝛ sicut oleum in h ossibus eius. i Fiat ei sicut vestimētū q̃ k + opit: ꝛ sicut zona q̃ l semper m̃ cingit. n Hoc opus eorum o q̃ detrahunt mihi p apud dñm:

Al. † plōgabit

git: c Et noluit bñdictionē. Judas noluit illā bñdictionē ꝺ q̃ Matth. v. a. Beati paupes spū. Quia vt haberet pecuniā/p mo fuit latro/ꝛ deide pditor. Matth. xxvj b. Quid vult mihi dare: ꝛ ego vobis eū tradā? Judęi etiā noluerūt illā bñdictionē: De q̃ Joh. xx. g. Bti q̃ nō viderūt ꝛ crediderūt. Et Luc. x. d. Bti oculi q̃ videt q̃ vos videt. d Et/qz noluit/elōgabit ab eo: qz bñdictio fidei genti/bus data est: ꝛ ab eis q̃ nolebāt eā/ablata. Act. xiij. g. Qm̃ idignos vos iudicastis ęternę vitę: ecce puertimur ad gētes. Matth. xxi. d. Auferet a vob regnū dei: ꝛ dabit gēti faciē/ti fructū eius. Uñ p iacob sigit plis gentilis: q̃ suplātauit esau .i. plm iudaicū/i bñdictiōe. Tertia cā/est generalitas pctī: qz iudas ꝛ iudęi peccauerūt i corpe et i sensualitate ꝛ i rōne. Uñ subdit: e Et induit maledictionē sic vestimētū: i q̃ qz indui vestimēto ad corp̄ ptinet/pctm̃ corpis intelligit. f Et intrauit/eadē maledictio. s. pctm̃: g Sic aqua/dis fundēs se: h In interiora eius. i. in aiaz/q̃tū ad sensualita tē. i Et sic oleū/qd penetratiuū ē ꝛ delectabile: k In ossib̄ eius. i. i rōne/q̃ p ossa itelligit. Quia sic i ossibus ē fortitudo corpis: ita in rōne ē fortitudo aiię. Quarta cā est gliā/tio de pctō: q̃ notat cū dic: l Fiat ei. s. iudę vl plo iudę/orū illa maledictio: m Sicut vestimētū q̃ opit. Jdē videt dicere qd sup: Induit maledictionē sic vestimē tū. Sed differt: Mā supra dixit/induit/vt tunicā: Hic ꝺo dicit: sicut vestimētū q̃ opit. s. vt pallio: qd qz sup cęte/ras vestes apparet: itelligit opiri maledictiōe/vt pallio: q̃ de iniqtate i ꝺspectu hoīm gliat. Quinta cā/est ptōptitudo ad peccādū: Uñ addit: n Et sic zona q̃ sp̄ cingit. Zo/na eim̃ nos cingim̄/vt pmpti sim̄. Ille q̃ hz maledictionē pctī sic zonā: q̃ pctm̃ suū iā traxit i ꝺsuetudinē: p quā fit ha/bil ꝛ pmpt̄ ad peccādū. Et hñ soli iudę ꝺuenit: s mlti alijs: Uñ subdit: o Hoc. s. induere maledictionē sic vestimē/tū: ꝛ cętera q̃ p̄dicta sūt: est/ p Opus eorum/oim/qui de trahūt mihi ꝛc. Ul sic possum̄ ꝺtinuare. Sup enūerauit multas pęnas iudę ꝛ iudęorum: hic ꝺo ondit q̃ oia illa accide/rūt eis pt̄ ifidelitatē: Uñ addit: o Hoc. s. totū qd p̄ce/sit: est/ p Opus eorum q̃ detrahūt mihi apud dñm. q. d. q̃ mihi detrahūt p infidelitatē: nō credētes q̃ ꝺa sūt de

Doxaliter * tificare. q. d. ad mortē est ista psecutio p̄latorum in subdi/tos paupes ꝛ mendicos ꝛ afflictos corde. Uñ Mich. iij. a. Audite p̄ncipes dom̄ iacob. s. p̄ncipes terreni: ꝛ duces do/mus isrl. s. p̄lati eccl̄ię: nūqd vīm est scire iudiciū/q̃ odio ha/bet bonū ꝛ diligit malū: q̃ violent tollit pelles eorum desup eos: ꝛ carnē eorum desup ossib̄ eorum: qui comederūt carnē plī mei/ꝛ pellē eorum desup excoriauerūt/ꝛ ossa eorum ꝺfręgerūt. Nō dic q̃ auferāt eis pecuniā vl vestes suas: qz ista sūt accidēta/lia/ꝛ q̃dāmō supflua: sz dicit/pellē/et carnē/ꝛ ossa: q̃ sūt sub/stātialia/sine qb̄ hō viuere nō pōt: p q̃ intelligit illud modi/cū substātię qd habēt paupes: qd q̃ aufert ab eis/aufert vi/tā: ꝛ sic persequit eos vsq̃ ad mortē. Eccl. xxxiij. d. Panis egētiū vita pauperū est: q̃ defraudat illū/hō sanguinis est: q̃ aufert in sudore panē/q̃si q̃ occidit primū suū. Nec solū au/ferēdo q̃ habēt paupes psequūt eos p̄lati ꝛ clerici: s etiā nō tribuēdo eis bona ecclesiastica/q̃ ipsi detinēt. Uñ sup locū illū Luc. xij. c. Hoīs cuiusdā diuitis yberes fructus ager at/tulit/dicit Ambros. Proprię nemo dicat qd cōmune est: plus q̃ sufficit sūptū/violent obtētū est. Jtē nō maior est cri/mē habēti tollere/q̃ cū possis ꝛ abūdans sis idigētib̄ dene/gare: Esuriētū panis est quē tu detines: nudorum idumētū ē/

qd tu recludis: miserorum redēptio ꝛ absolutio/pecunia quā in trā fodis. Tātorum q̃ te scias bona iuadere/q̃tū possis p̄stare qd velis. i. vtinā velis. a Et dilexit maledictionē. s. pctm̃. vt. s. dictū est. Mich. iij. a. Audite p̄ncipes dom̄ ia/cob/ꝛ duces dom̄ isrl: q̃ odio habet bonū/ꝛ diligit malū.

Et iō/ b Et veniet ei. Malach. ij. a. Maledicā bñdictiōi/b̄ vīs: ꝛ maledicā il/lis/qm̃ ñ posuisti sup cor. c Et noluit bñdictionē/ gratię dei. Ps. Et nō dixe/rūt q̃ p̄teribant/bñdi/ctio dñi sup vos. d Et/iō/elōgabit ab eo. Deut. xxx. d. Testes iuoco hodie cęlū ꝛ trā/q̃ ꝺposuerim vobis vitā ꝛ bonū: bñdictionē ꝛ maledictionē. Et Deut. xi. d. En ꝺpono i ꝺspectu vīo hodie bñdictionē ꝛ maledictionē. In vob q̃ ē eligere qd voluerit: ꝛ maledict̄ ē q̃ ptē suā fac dēiorē. Eccl. xv. d. Apposuit tibi ignē ꝛ aquā: ad qd voluer porrige manū tuā. Uñ hoiez vita ꝛ mors/bonū ꝛ malū: qd placuerit ei/da/bit illi. Et ondit q̃ diligit maledictionē: qz ondit eā exterior in ꝺuersatiōe: Uñ dic: e Et induit maledictionē sicut ve/stimētū. Vestimentū munit ꝛ ornat: sic pctm̃ munit hoies ꝺtra deū: ne deo ad ipsos attingat. Uñ. s. Quis deducet me i ciuitatē munitā? Sap. j. a. In maliuolā aiaz nō itroibit sa/pientia dei: nec habitabit in corpe subdito pctis. Jtē munit ꝺtra frig timor dei. Ps. Mō est timor dei ñ oculos eius: inqnatę sūt vię illi i oi tpe. Jtē ornat hoiez/q̃tū ad opini/onē suorum similiū. Uñ dic Aug: Fingebā me fecisse qq̃tū qd nō fecerā: ne q̃to innocētior: tāto viderer abiectior. Hoc ve/stimentū texit diuersis filis pctōrum: variat p adinuētiōes pec/catorum. De h vestimēto dicit in Ps. Opti sūt iniqtate ꝛ ipi/ctate sua. Et Judas in epla. g. O diēt eā q̃ carnalis ē/ma/culatā tunicā. Esa. ix. a. Vestimētū mixtū sanguine erit i cō/bustionē/ꝛ cibus ignis. Nec tm̃ ostētat eā in ꝺuersatiōe/s et ꝺtinue respicit i cogitatiōe ꝛ amplectit i affectiōe. Hęc duo sūt signa amor. De p̄mo dicit: f Et intrauit sic aqua i interiora eius. De scdo addit: Et sicut oleū in ossib̄ eius. Per interiora eim̃ cogitatiōes itelligunt: per ossa/q̃ fortiora sūt/affectiōes p̄nt itelligi. Jniqtas q̃ siue maledictio pctī/si/cut aqua intrat i interiora cogitationū. Aqua eim̃ defacili intrat i ventrē/euiscerat/ifrigidat/ꝛ corruptionē generat: Sic pec/catū cito cadit i cogitatiōe. Gen. viij. d. Sensus eim̃ et cogi/tatio hūani cordis/i malū pna sūt ab adolescētia sua. Euis/cerat. Greg. Cū luxuria semel mentē inuaserit: nullū bonū cogitare pmittit. Infrigidat a caloze amor dei. Hiere. vj. b Sic cisterna frigidā aquā: sic frigidā fecit maliciā suā. Corru/ptionē generat. Ps. Corrupti sūt ꝛ abominabiles facti sūt in studijs suis. Jtē sic oleū intrat i ossibus affectiōis p ꝺsen/sū: Oleū eim̃ cū cadit/suauit cadit ꝛ diffūdit/nec sētit: qz tu/multū nō facit: Sic pctm̃ furtim intrat i affectū ꝛ ꝺsensū aīq̃ sentiat. Uñ Prouer. xxiij. d. Ingredit blande: s in nouissi/mo mordebit vt coluber: ꝛ sic regulus venena diffundit. Jstō oleū lubricare facit. i. cadere i trā: sic pctm̃ i ifernū. Thren. iij. d. Lubricare fec vestigia mea. Hoc oleo iungūt pugiles diaboli. Ps. Oleū pctōr nō ipinguet caput meū. Qui vn/cti sūt oleo nō p̄nt capi: qz sp̄ illabūt ꝺ manib̄ volētiū cape: sic hoies vncti oleo adulatiōis/ñ p̄nt capi a dño/nec ab aliq̃ corrigēte. Ps. Qm̃ laudat pctōr in desideriis aię suę: ꝛ iniquus bñdicit: Exacerbauit dñm pctōr. s. mag ꝛ mag pec/cādo. Uñ dñs vel vir iust̄ dimittens pctōres ꝺm desideria cordis sui/subdit. l Fiat ei/pctm̃: m Sic vestimē/tū q̃ opit: vt oīb̄ appareat pctm̃ suū: ꝺm qd dictū est. s. q. d. q̃ nocet/noceat adhuc: ꝛ q̃ in sordib̄ est/sordescat adhuc: Apoc. vlt. c. n Et sic zona q̃ sp̄ cingit. s. vt sp vo/lūtari ꝛ parat̄ ipse sit ad peccatū. Eccl. xxxvj. d. Et defle/ctens vbicūq̃ obscurauerit: q̃si succinct̄ latro/exiliēs de ci/uitate i ciuitatē. o Hoc opus. s. ita apte peccare: et ita paratū esse ad peccādū: est/ p Eorum q̃ detrahūt mihi: dicit iustus. Sz tū est/ q Apud dñm. i. in p̄sentia dñi: q̃

Al. † operi

† Ps 118.

Vestimētū dicit pctm̃ Ps. 56.

Ps. 15.

Pctm̃ assimilat aque

Ps. 72.

Pctm̃ assimilat oleo

Ps. 15.

Ps. 140.

Ps. 9.

* oñia scit et

me quātū ad diuinitatē ⁊ quātū ad humanitatē: facitū supra dicta: Illi ꝯo qui nō credūt ipsū esse ęqualē patri/⁊ q̄ verbū erat apud deū: detrahūt ei⁹ diuinitati/⁊ detrahūt apud dominū. Et nō tm̄ istoꝝ: sed/ a Et/eoꝝ/q̄ loquunt mala aduersus animā meā: detrahētes humanitati: sic apollinaris/q̄ dixit christū

apsychen

esse ἀψυχήν. i. sine mente/sine aīa: Sicut ⁊ appelles dicebat ipsū nō assūpsisse corpus verū: ꝯ phātasticū. Itē aduersus animā christi mala loquebant/q̄ dicebāt eū inuitū tradidisse animā: ⁊ nō habere potestatē resurgendi: cōtra illud Job. x. d. Potestatē habeo ponēdi animā meā: et potestatē habeo iterū sumēdi eā.

Et miscōiaꝫ

Et tqm̄

a et q̄ loquunt mala aduersus
b aiaꝫ meā. Et tū dne dne fac
c mecū ꝓpt nomē tuū: qꝛ sua
d uis est miscōia tua. Liberā
e me ꝓqꝛ egēn⁹ ⁊ pauꝑ sū ego:
f m ⁊ cōꝛ meū ꝓturbatū est ītra
g me. Sicūt vmbra cū decli-
h nat ablatus sū: et excūssus
i sum sicūt locustę. Genua
l r mea infirmata sūt a ieiunio:

Moraliter

* omnia scit ⁊ videt ⁊ audit. Unde Sap. j. c. Aurꝭ ęli audit oīa: ⁊ tumult⁹ murmurationū nō abscōdet. Custodite q̄ vos a murmurationib⁹/⁊ a detractiōe parcite linguę: qꝛ sermo obscur⁹ in vacū nō ibit. a Et q̄ loquūt mala aduers⁹ animā meā. Hoc ꝓpriū ē dęmonū: Unde de diabolo dicit/ Apocꝭ. xij. c. Proiect⁹ est accusatoꝛ fratrū nr̄oꝝ: q̄ accusabat illos ante ꝓspectū dei nr̄i die ac nocte. b Aduers⁹ animā/dicit: non aduersus coꝛp⁹: quia sic dicit Greg⁹: parū se fecisse ęstimat/cū animā nō sauciat.

Allegorice

c Et tu dne. Tertia pars: vbi christ⁹ petit liberationē a passiōe/ꝑ resurrectionē: ⁊ petit etiā ꝓfusionē iudęoꝝ. Prę-mittit q̄ orationē: ⁊ ondit suā deuotionē. q. d. illi ita ꝓtra me fecerūt: Et tu dne dne. Bis dicit/dne: vt deuotionē exprimat. Itē vt ostendat se ei subiectū in coꝛpe ⁊ aīa: intus et extra. Postea petit resurrectionē/dicēs: d Fac/illud nobile opus resurrectiōis meę: Et h̄/ e Mecū: qꝛ indiuisa sūt opa trinitatꝭ: pater enī suscitauit filiū: ⁊ fili⁹ seipsū. Et q̄ ita itelligi debeat/ꝑ posita ꝓiūctio mōstrat: Mō enī dicit: tu fac: sed/et tu fac. q. d. ego ⁊ tu. Postea ondit causas finales resurrectiōis. Prima/est laus dei: Unde dicit: f Propter nomē tuū. i. vt tuū nomen laudet. Secunda/est diffusio suauitatis ⁊ miscōię dei: Unde addit: g Quia suauis ē misericordia tua. q. d. suauis est in se: sed vt alijs ipsa suauitas diffundat: hoc fac mecū: qꝛ ꝑ hoc multi sentiēt suauitatē misericordię tuę: Sic ꝓmo illi quoꝝ coꝛpa cū christo surrexerūt: ⁊ discipuli/quoꝝ fides ꝓfirmata fuit ꝑ resurrectionē: ⁊ deinde oēs qui in eū crediderūt. Tertia causa/fuit ipsius christi liberatio a morte: Unde subdit: h Libera me/a passionis angustia/a sepulchro/ab inferno. Et h̄ petit merito suę humilitatꝭ: Unde dicit: i Quia egen⁹/sine amicꝭ: k Et pauꝑ/sine diuitijs: l Ego/cū pondere: q̄ sum dns oūm. q. Corꝭ. viij. b. Scitꝭ gratiā dni nr̄i iesu christi: qm̄ cū esset diues/factus est egen⁹ ꝑ nobis. Et ondit q̄druplicē necessitatē suę resurrectiōis. Prima/ē turbatio suę passiōis: Unde dicit: m Et coꝛ meū ꝓturbatū est intra me. Sicut enī dicit Glo. potuit coꝛ ei⁹ turbari: sicut caro ei⁹ crucifigi. Cōturbatū erat coꝛ ei⁹: qm̄ dicebat/Matth. xxvj. d. Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē. Coꝛ tū hic supponit ꝑ sensualitate. Scda/fuit velocitas suę mortꝭ: Unde dicit: n Sicut vmbra cū declinat: q̄ cito trāsit/ablatus sū. Cito enī mortuus fuit christ⁹. Unde Mar. xv. d. Mirabat pilatus si iā obijsset. Tertia cā/fuit dispsio apl'oꝝ: Unde addit: o Et excussus sū: in membris meis/apostolis: p Sicut locustę. Locustę veniūt abundant flante austro: ⁊ flante aquilone dispgunt: Sic apl'i qui ante passionē ꝓuenerāt ad dnm: in passione dispsi sūt. Zach. xiij. c. Percute pastoꝛē: ⁊ dispgent oues. Uel sicut exponit Glo. tūc excussus est dns in mēbris suis sicut locustę: q̄ ad modū locustaꝝ ꝺ loco ad locū salientiū fugiebant apl'i ⁊ martyres de ciuitate in ciuitatē. Et q̄ hoc de membris suis intelligi debeat/apl's dēmōstrat cū pluraliter dicit: Sicut locustę: per hoc mēbroꝝ multitudinē ondēs. Quarta necessitas resurrectiōis ei⁹/fuit ifirmitas fidei ī apl'is: Unde dicit: q Genua mea. i. apl'i: ibus ꝓius stabā: r Infirmata sūt a ieiunio. i. a defectu fidei: q̄ est cibus ꝓfortās animā. Unde dicit Aug⁹: Crede ⁊ mādūcasti. j. Pet. v. c. Resistite fortes in fide. Ostensa necessitate q̄ christ⁹ debuit suscitari: ipse sciēs suā orationem nō repellendā esse: quasi optādo iam q̄d petierat dicit:

Moraliter

Et caro tu dne dne fac me cū ꝓpt nomē tuum. Hoc debet esse oꝛo christiani: vt petat ꝓpt nomē dei: non ꝓpt sua merita. Ps. Propit⁹ esto pctis nr̄is ꝓpt nomē tuū. Et alibi: Propt nomē tuū deduces me ⁊ enutries me. Deduces. s. ꝑ vias rectas: Et enutries/ꝓsolationib⁹ ⁊ doctrinis. Sꝫ dꝫ dicere: c Dne/dne: nō semel: sed bis: vt oꝛe ꝓfiteat: ⁊ opere exhibeat se seruū dei: sicut dauid: Ego seru⁹ tuus sū: ⁊ fili⁹ ancillę tuę. Itē vt dns intus ⁊ extra dominet ī eo. Itē vt sit dns q̄ ad ꝓhibitiōes ⁊ ꝑcepta. Unde. j. Regꝭ. iij. b. bis dixit dns: Samuel: samuel. Et ait samuel: Loq̄re dne: qꝛ audit seruus tuus. Et q̄d debet oꝛare: d Fac mecū. q. d. opare ī me: ⁊ ego opaboꝛ tecū: qꝛ sine te nō possū bnfacere. Quia dicit apl's. j. Corꝭ. iij. b. Dei adiutoꝛes sum⁹. Sꝫ multi nolūt ipsū iuuare: ꝯ volūt q̄ ipse solus faciat. Sꝫ sapiētes dicūt: Fac mecū: nō solus. Et non dicit/fac hoc vl illud: sed simplicit/fac: In q̄ notat q̄ nō tm̄ vnū vel duo possum⁹ sine ipso: ꝯ oīno nihil. Job. xv. a. Sine me nihil potestꝭ facere. Esa. xxvj. c. Omnia opa nr̄a opatus es ī nobis dne. Itē nō oportet q̄ determinet q̄d petit fieri: qꝛ omnibus debet notū esse: ⁊ in Ps. exprimit: De⁹ autē rex nr̄ ante sęcla opat⁹ ē salutē ī medio terrę. Hoc debem⁹ petere: vt ī nob faciat salutē aīę nr̄ę. Et dic: e Mecū: vt ipsū iuuem⁹ ⁊ cooperemur: sic dicit apl's. Philꝭ. ij. b. Cū metu ⁊ tremore vr̄aꝫ salutē opami. Hāc faciet libēt: f Propt nomē tuū: q̄d ē iesus. i. saluatoꝛ: vt nō accipiat ī vanū istud nomē. Et qꝛ posset aliq̄s putare q̄ licet sine deo ñ posset saluari: tm̄ de⁹ teneret ipsū saluare ꝓpt merita sua. Sꝫ stult⁹ eēt tal: Unde vir tust⁹ nō suā iusticiā/ꝯ dei miscōiaꝫ allegās/subiūgit: g Quia suauis ē miscōia tua. Sup: Qm̄ tu dne suauis ⁊ mitꝭ ꝛc. Sap. xij. a. O q̄ bon⁹ ⁊ suauis ē dne spūs tu⁹ in nobis. Nec solū dei misericordiā: sed ꝓpriā miseriā debet allegare/q̄ saltē vult ꝑpetrare: Unde subdit: h Libera me/ab oī malo: i Quia egen⁹ ⁊ pauꝑ sū ego. Egen⁹/multis egēs. k Et pauꝑ/nihil habēs. Hęc sꝭ exteri⁹ ⁊ interi⁹. Unde addit: m Et coꝛ meū ꝓturbatū est ītra me. q. d. ī meipso iuenio causā ꝓturbatiōis. s. fomitē pctī: ⁊ actuale pctm̄. Ps. Ad meipsū aīa mea ꝓturbata est. Et q̄ h̄ allegat/potest exaudiri: quia sic dicit in Ps. Propt miseriā inopū ⁊ gemitū pauperū: nūc exurgā dicit dns. Et alibi: Coꝛ ꝓtritū ⁊ humiliatū de⁹ nō despicies. Cū his allegare debet breuitatē vitę: ⁊ tēptationū insult⁹. De ꝓmo dicit: n Sic vmbra cū declinat ablat⁹ sū. q. d. iā sū in occasu: ⁊ incertus sū de hoꝛa mortꝭ: Et q̄to diuti⁹ viuo: tāto magꝭ ad mortē accedo: sic vmbra q̄n declinat/longioꝛ fit. Hiere. vj. a. Uę mihi: qꝛ factę sūt longioꝛes vmbrę vespi: Et q̄to longioꝛ efficit/tēdit ad finē sui. Sup. Dies mei sic vmbra declinauerūt. Job. vij. b. Dies mei veloci⁹ trāsierūt q̄ a texētę tela succidit. De scdo. s. de tēptationū isultu: addit: o Et excussus sū sic locustę: q̄. s. de arboꝛib⁹ excutiūt: ⁊ defacili cadūt: Ita diabol⁹ excutit hoīes vt a statu iusticię eū ad ima deijciat. Lucꝭ. xxij. c. Simō ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sic triticū. Et hō defacili cadit/nisi dns ipsū iuuet: Unde ibi addit dns: Ego aūt rogaui ꝑ te: vt nō deficiat fides tua. Mau. iij. c. Omnes munitiones tuę q̄si ficus cū grossis suis: q̄ si ꝓcussę fuerint: cadēt ī os comedētꝭ. Apoc. vj. d. Stellę ceciderūt sup terrā sic fic⁹ emittit grossos suos. Postq̄ aūt hō allegauit miseriā suā/⁊ defectū/⁊ piculū tēptationū: ꝑt etiā aliq̄ cōmemoꝛare de bonis q̄ fecit: vt fiducialit magꝭ petat: Unde ⁊ addit: q Genua mea ifirmata

Quadruplex necessitas resurrectionis Christi

Psꝫ. 78.
Psꝫ. 30.
Psꝫ. 115.
Psꝫ. 73.
Psꝫ. 85.
Psꝫ. 41.
Psꝫ. 11.
Psꝫ. 50.
Psꝫ. 101.

a Et caro mea: q̃ in sepulchro iacebat mortua: b Im
mutata est/i resurrectiõe.i.i meli⁹ mutata. Esa.lxj.a. Da/
rẽ eis coronã ꝓ cinere: oleũ gaudij ꝓ luctu. Et b/ c Pro/
Ps.27. pter oleũ.i. ꝓ abũdãtiã charismatũ. Ps. In ipso spera/
uit cor meũ ⁊ adiut⁹ sum: ⁊ reflorꝛuit caro mea. Deinde redit
ad petitionẽ suã: ⁊ al/

a et caro mea imutata est ꝓ
b oleũ. Et ego fact⁹ sũ oppro
c briũ illis: viderũt me ⁊ mo/
d uerũt capita sua. Adiuua me
e dñe de⁹ meus: saluũ me fac
f propter misericordiam tuã. Et scient
g quia man⁹ tua hec: ⁊ tu dñe fe/

legat quo debet ipetra
re: ostẽdẽs q iudęi de/
spexerũt eũ/⁊ illuserũt ⁊
ꝓtaminati sũt: Ũñ di/
cit: b Et ego fa/
ctus sũ opprobriũ
illi. Thren.iij.b. Fa/
Al. ꝓ ctus sũ i derisũ oi po/
Al. scilicet pulo: cãticũ eorꝫ tota
die. Et eodẽ. g. Ego
sũ psalm⁹ eorꝫ. e Viderũt me. Esa.liij.a. Vidim⁹ eũ ⁊
nõ erat aspect⁹. f Et mouerũt capita sua: subsãnãtes
⁊ ꝓtẽnentes. Matth.xxvij.e. Prętereũtes aũt blasphema
bãt eũ: mouẽtes capita sua/⁊ dicẽtes: vah q̃ destruis templũ
dei ⁊c. Facta allegatiõe/fac̃ petitionẽ/dicẽs: g Adiuua
me dñe de⁹ me⁹. Quo? Saluũ me fac.i. liba me a passi
one ꝓ resurrectionẽ. Et oñdit causã efficiẽtẽ/dicẽs: Scõm
misericordiam tuã. Et causã finalẽ/cũ subiungit: m Et sciẽt/
iudęi: cũ me adiuueris: n Quia manus tua hęc.i. qꝛ
ego sũ filij⁹ tu⁹/ꝓ quẽ oparis. Filij⁹ em̃ est man⁹ patris. Ũñ.j.
P.143. petit dauid: Emitte manũ tuã de alto ⁊c. Eccl̃.ij.d. Vidi
⁊ ecce man⁹ missa ad me ⁊c. o Et tu dñe fecisti eã: qũ
Job.1.b. ꝓbũ caro factũ est. Pri⁹ em̃ erat/qꝛ ab ętno: sz facta nõ erat.
Facta est igit̃ ꝑm humanitatẽ: nõ facta aũt ꝑm d uinitatẽ.
Vl̃ sic: m Et sciẽt qꝛ man⁹ tua/ñ man⁹ ipoꝛ ẽ hęc: vl̃
fec̃ hęc: videlz q̃ paterer. q.d. cũ me videri ꝛ resurrexisse: tũc
sciẽt q̃ ñ necessitate: ꝗ tua volũtate passus sũ: ⁊ ipsi nõ fuerũt
nisi ministri: ꝑm illud Actꝫ.iiij.f. Conuenerũt ꝯe in ciuitate
ista aduersus sctm̃ puerũ tuũ iesum quem misisti/herodes ⁊
ponti⁹ pilat⁹ cũ gẽtib⁹ ⁊ ꝓplis israel facere/q̃ man⁹ tua ⁊ ꝓsiliũ
tuũ decreuerũt fieri. o Et tu dñe fecisti eã. s. misericordiam.
Misericordia em̃ mirabil̃ fuit/vt filij⁹ seruos redimeret. Ro.viij.
f. Qui ꝓprio filio suo nõ pepcit: ꝗ ꝓ nob oib⁹ tradidit illũ.
Postea agit de ꝓfusiõe inimicorꝫ: ⁊ ꝏ victoria sua: Et oñdit
inimicos ꝓfusiõe dignos: qꝛ q̃ intẽdebãt nocere ei: totũ ver/
sũ est in ꝓtrariũ: Ũñ dic̃: p Maledicẽt/iudęi: illi. s. ma
nui tuę. i. mihi: et tu bñdices. Scõo oñdit ⁊ petit ꝓfusio/
nẽ eorꝫ/dicẽs: r Qui insurgũt i me ꝓfundant̃: ser/
uus aũt tu⁹. s. ego: lętabit̃/in dextera tua collocat⁹. Ec/
ce cõtrariũ accidit eis sup̃ opinionis: Putauerũt em̃ christũ
cõfundere: ⁊ sibi gaudiũ magnũ facere: sed ipse gaudiũ obti/
nuit: ipsi ꝏ ꝓfusionẽ. Ũñ magnitudinẽ ꝓfusiõis apiens/sb/
dit: s Induãt̃. s. pudore. i. vndiq̃ ꝓfũdant̃: t Qui
detrahũt mihi. s. iudęi: Qõ factũ ẽ cũ eũ resurrexisse au/
dierũt: ⁊ apl̃i hoc vbiq̃ p̃dicauerũt. Esa.xxix.g. Nõ mõ cõ/
fundet̃ iacob/nec vult⁹ ei⁹ erubescet: sed cũ viderit filios su/
os. i. apl̃os: opa manuũ meaꝫ/in medio sui sctificãtes nomẽ
meũ. Sz qꝛ parũ esset si stati in p̃senti ꝓfunderent̃: ostendit
ętemitatẽ ꝓfusiõis/dicẽs: v Et opiant̃ sic diploide
ꝓfusiõe sua. Diplois/est palliũ duplex: Et dicit̃ a/dia/qõ
est duo: et plois/qõ est vestis: et sigt̃ illã duplicẽ ꝓfusionẽ. s.
in p̃senti ⁊ i futuro. Ipsa ⁊ ętna duplex erit: in corpe ⁊ i aia.
Sic q̃ ostẽsa gloria sui ⁊ suoꝫ/⁊ miseria inimicorꝫ: pmittit se
laudaturũ: cũ dic̃: x Cõfitebor dño. s. pfessiõe laudis.
Matth.xj.d. Cõfiteor tibi pater ⁊c. Et ꝗ nõ parũ vl̃ inde/
uote: sed/ z Animis. i. extẽse: Ũñ alia lra hz: vehemẽt̃.
a In ore meo: nõ tm̃ i corde. Matth.v.a. Aperiẽs os
suũ docebat
Moraliter * sũt a ieiunio. Ad lraz em̃ macerãt iusti ⁊ debilitãt cor/
pus suũ ꝗ abstinẽtiã. Ũñ dic̃ apl̃s. j. Corꝫ.ix.d. Castigo cor/
pus meũ ⁊ in seruitutẽ redigo. Hoc ẽ qõ subdit: a Et ca/
Ps.76. ro mea imutata ẽ: qꝛ q̃ ꝏ erat dña: mõ facta ẽ serua: et
seruit spiritui. Hęc mutatio dextrę excelsi. Et ꝗ/ c Propt̃
oleũ.i. ꝓ arida cibaria. Multi em̃ sũt q̃ abstinẽt a carnib⁹
⁊ sanguine: ⁊ ꝓ ꝏdũnẽto hũt oleũ: qõ exiccat pectora ⁊ de/

bilitat. Esa.x.f. Cõputrescet iugũ a facie olei. Vel mystice:
c Propt̃ oleũ.i. ꝓ graz ⁊ misericordiaz dei. q.d. p̃dicta bona
nõ mihi attribuo: ꝗ misericordię ⁊ gratię dei: Sic apl̃s cũ dixisset:
j. Corꝫ.xv.b. Abũdãti⁹ illis oib⁹ laborauí: statim subiũxit:
Nõ aũt ego ꝗ gra dei mecũ. Sũt aũt multę ꝓprietates olei
q̃re ꝓ oleũ intelligitur
gra dei. Oleũ em̃ illu
minat: sic et gra. Ũñ
petim⁹ sic: Spũsscti
gra/illuminet sensus ⁊
corda nra. Job.xij.c.
Ambulate dũ lucẽ ha
betis. Itẽ oleũ ꝏdit:
sic gra amaritudines.
Ps. Parasti i dulce/
dine tua paupi de⁹. i.
humili. Itẽ oleo pugiles ne rechuant̃ inungunt̃: sic pugiles
dei iungũt̃ gra ne capiãt̃ a diabolo. Esa.x.f. Cõputrescet iu
gũ a facie olei. Isto etiã oleo iungũt̃ reges spũales. j. Pet.
ij.b. Vos estꝫ gen⁹ electũ/regale sacerdotiũ. Ps. Unxit te
de⁹ de⁹ tuus oleo lęticię. Itẽ oleũ sine strepitu cadit: sic gra
inuisibilit̃ admittit̃: ⁊ etiã admissa amittit̃. Job.ix.b. Si ve/
nerit ad me/nõ videbo eũ: si abierit nõ itelligã. Itẽ oleũ est
mitigatiuũ ⁊ sanatiuũ: sic gra dei. Ps. Qui sanat cõtritos
corde. Itẽ emollit: sic gra dura corda emollit. Eccl̃.xxxvj
f. Auferã a vob cor lapideũ: ⁊ dabo vob cor carneũ. Cũ his
oib⁹ accedit ad meritũ iusti/q̃ ꝓ bona sua vita deridet̃ a ma
lis hoib⁹: Ũñ sbdit: d Et ego fact⁹ sũ opprobriũ illi.
Job.xij.a. Deridet̃ iusti simplicitas: lãpas ꝓtẽpta apud co/
gitatiões diuitũ. Lãpas/est vir iust⁹/plen⁹ oleo gratię: q̃ tñ cõ/
tẽnit̃: nõ tm̃ apud cogitatiões diuitũ: ꝗ ⁊ factꝫ ⁊ nutrit⁹ stul/
torꝫ: Ũñ subdit: e Uidert̃ me et mouert̃ capita sua:
deridẽdo ⁊ subsanãdo. Esa.xxxvij.d. Despexit te/subsanna/
uit te ꝏgo filia sion: p⁹te caput mouit filia hierlm̃. Filia sion
⁊ hierlm̃/ẽ aia iusti/ꝓ ꝓtẽplationẽ ⁊ pacẽ. Post allegatio/
nes suas/repetit orationẽ/dicẽs: g Adiuua me: in mal̃
vitãdis/i bonis agẽdis/i opprobrijs sufferẽdis: h Dñe/cui
seruio: i De⁹/quẽ colo: k De⁹/quẽ diligo: l Saluũ
me fac propter misericordiam tuã. ij. Paral̃.in fi. Indignum sal/
uabis me ꝑm misericordiam tuã. Ad Titũ.iij.b. Nõ ex opib⁹ iu/
sticię q̃ fecim⁹ nos: ꝗ ꝑm suã misericordiam saluos nos fec̃. m Et
sciẽt/aduersarij: tã dęmones q̃ hoies: n Quia manus
tua hęc. i. qꝛ tu adiuuas me. Ps. Man⁹ em̃ mea auxilia/
bit̃ ei: mihi ꝓficiet inimic⁹ i eo. o Et tu dñe fecisti eã/
manũ. i. auxiliũ. Eccl̃.xl.a. Facta ẽ sup̃ me man⁹ dñi: ⁊ ad/
duxit me illuc: i visiõib⁹ dei adduxit me i trã israel. Dali aũt vi
dẽtes bonũ iustoꝫ/ñ gaudẽt: ꝗ iuidẽt ⁊ detrahũt: Ũñ addit:
p Maledicẽt/detrahentes: illi. i. auxilio ⁊ gratię tuę/quã
videbũt i me. Ps. Pctõr videbit ⁊ irascet. Sz nũq̃d nocet
eorꝫ maledictio bonis bñdictionẽ? Ũñ addit: q Et tu/dñe/
bñdices. Matth.v.a. Bti estꝫ cũ maledixerint vob hoies.
Ũñ dixit dõ. ij. Regꝫ.xvj.c. Dimitte eũ vt maledicat mihi:
si forte ꝓspiciat dñs ⁊ reddat mihi bñdictionẽ ꝓ maledictiõe
hac hodierna. Et ꝗ cognito/ꝓfũdũt̃ maledicẽtes/⁊ gaudẽt il/
li q̃bus maledicũt: Ũñ addit: r Qui insurgũt i me ꝓfũ/
dant̃: seru⁹ aũt tu⁹ lętabit̃. Hec parũ ꝓfũdant̃: sz/ s
Induãt̃ q̃ detrahũt mihi pudore. i. ex oi pte ꝓfũdãt̃.
Nõ tenuit̃: ꝗ itẽse: Hoc ẽ qõ seq̃t̃: v Et opiãt̃ sic diplo
ide ꝓfusiõe sua: vt duplicit̃ ꝓfũdant̃. s. corã deo et hoib⁹.
Et põt legi de bona vl̃ de mala ꝓfusiõe. Eccl̃.iiij.c. Est cõ/
fusio adducẽs pctm̃: ⁊ est cõfusio adducẽs gliaz ⁊ graz. De
hac diploide/Esa.xl.a. Suscępit de manu dñi duplicia pro
oib⁹ pctis suis. Ecõtra ꝏ bonis ꝏ/Baruch.v.a. Circũda/
bit te diploide de⁹ iustiçię: ⁊ imponet mitrã capiti tuo. Esa.
lxj.c. In terra sua duplicia possidebũt. Pro his oib⁹ dicit
se laudaturũ deũ: Ũñ sbdit: x Cõfitebor dño: ꝓfessiõe
laudis. Et nota singula ꝏba: Cõfitebor: ꝗ ꝓtra taciturnos
⁊ torpẽtes. Jone.j.b. Quid torpore depmerꝫ: surge ⁊ iuo/
ca deũ tuũ. y Dño: nõ sibi: Sic ille de q̃ Eccl̃.xxix.a.
Ego feci memetipsũ. z Animis: Cõtra tepidos. j. Corꝫ.
xiiij.c. Psallã spũ: psallã ⁊ mente. a In ore meo: nõ ꝗ
vicariũ. Leuitꝫ.vlꝫ.d

Gra dei affl
lat̃ oleo ꝓ
plures et⁹. ꝓ
ctates

Al. ⁊ reuerẽt

Al. ⁊ vehem

Ps.67.

Ps.44.

Ps.146.

Ps.88.

Ps.111.

suũ docebat eos dicẽs: Beati pauperes ꝛc. Job. vij. f. Sta/
bat iesus ꝛ clamabat. Et vbi laudare et ꝓdicare velit/dicit:
Ps. 43. a ¶ Et i medio mltoꝝ laudabo eũ: sic. ē. dictũ ē: Cõfi/
teboꝝ tibi in eccl'ia magna. Par. xiiij. e. Quotidie apd vos
erã docẽs i tẽplo. Laudabo ꝗ eũ: c ¶ Qui. i. qꝛ ipe/astitit a
dextris pauperis:
scꝛ mei: q̃ fui pauperibus ꝛ amic' i passiõe:
Mt. † Quia d ¶ Ut saluã faceret a persequentibus/iudeis/ animã
meam: non corpus:
Quia Job. ix. c. Terra tradita est in manus impij. s. corpus christi i manus pilati.

a et i mediõ mltoꝝũ laudabõ
c eũ. † Qui astitit a dextr' pau
d perꝭ: vt salũã faceret a psequẽtib⁹ animã meã.

¶ Psalmus dauid. CIX.

Doꝛaliter ✱ vicariũ. Leuit'. vlt'. d. Nec altero cõmutabit'. a ¶ In
medio mltoꝝ: Cõtra murmurãtes i angulis hoꝛas suas.
Matth. vj. a. Amãt in synagogis ꝛ in angulis plateaꝝ stãtes oꝛare. Oꝛ etiã dicit/multoꝝ: est ꝓtra auaros de sua sci/
entia. j. Cor'. x. g. Mõ ꝗrẽs qd̃ mihi vtile est: ꝗ qd̃ multis.
Ps. 33. b ¶ Laudabo eũ. Ps. Sẽp laus ei⁹ in oꝛe meo. c ¶ Qui
astitit a dextris pauperis. Astat em̃ ei dñs: quẽ hoies de/
linquũt. Ũ dic apl's. ij. Timoth. iiij. c. In ꝑma mea defensiõe nemo mihi affuit. Et sequit: Dñs aũt astitit mihi et
ꝓfoꝛtauit me. Sz q̃re dic̃ pot⁹ a dextris q̃ a sinistris: Sup
Ps. 90. em̃ dic̃: Scuto circũdabit te ꝗtas ei⁹. Et. ij. Cor'. vj. b. Per
arma iusticie a dextris ꝛ a sinistris. Sol'. Diabol⁹ plures facit insult⁹ a dextris. i. ī spũalib⁹: ꝛ iõ a dextris maioꝝ idiget
hõ auxilio. Vel possum⁹ dicere q̃ i viro iusto nihil ē sinistrũ:
ꝗ totũ dextrũ. Judic'. iij. b. Utraq̃ manu vtebat ꝓ dextera. Et ad qd̃ astitit subiũgit: d ¶ Ut saluã faceret a psequẽtib⁹ aiaꝝ meã: nõ vt diuitẽ faceret bursã. Job. ij. b.
Uniuersa q̃ hꝫ hõ dabit ꝓ aia sua. e ¶ A psequẽntib⁹ aiaꝝ
meã/dẽmonib⁹. Threñ. iiij. d. Uelociores fuerũt psecutores
nr̃i aq̃lis cęli. Cit⁹ em̃ venit diabol⁹ ad ĩfirmũ q̃ sacerdos
q̃tũcũq̃ acceleret. Et seq̃t ibi: Sup mõtes psecuti st̃ nos. i.
in dignitatib⁹: in deserto insidiati sũt nobis. i. ī religiõe. Ab
his psequẽntib⁹ saluos faciat aias nr̃as saluator nr̃ iesus christus: q̃ est bñdict⁹ ī sęcl'a sęcl'oꝝ/amẽ. ¶ Exposi. Ps. CIX.

Dixit dñs ꝛc. Titul⁹. Psalm⁹ dauid. Titul⁹ patet. In ꝓcedẽti psalmo egit ꝓpha de christi passiõe:
in isto agit de christi diuinitate ꝛ de ꝗbi icarnatiõe:
vt sic iterscalarit' loq̃ndo videat' esse de angelis ascẽdentib⁹
ꝛ descẽdẽtib⁹: q̃s vidit iacob/Gen. xxviij. c. Intẽtiõe hortat
Partitio psalmi subijci christo. Mod⁹. Tꝓtit⁹ est psalm⁹. Primo ꝓpha refert ꝗba pr̃is de filio: in q̃d natura diuinitat' ꝛ humanitat' ostẽdit'. Scõd pr̃ oñdit naturã diuinitat' simplicit': ibi: Tecũ ꝓncipiũ. Tertio ꝓpha agit de humanitate christi: ibi:
Jurauit. Naturã q̃ diuinitat' aperiẽs ꝓpha: ait: f ¶ Dixit
dñs/pater: g ¶ Dño meo/filio: h qd̃ sequit: Sede ꝛc.
Ps. 108. Et est ꝓgrua ꝓtinuatio ei qd̃. s. dixerat filij⁹: De⁹ laudẽ meã
ne tacuer'. Et h̄ iducit ꝓpha patrẽ laudantẽ ꝛ rñdentẽ filio:
h ¶ Sede a dextr' meis: Ecce magna laus ꝛ honor. Et
sciendũ q̃ more nr̃o ponit hic ꝓpha/dixit: vt videlꝫ hõ instruat: Mõ em̃ pr̃ h̄ ꝓtulit oꝛe: ꝗ effectu vl' dispositiõe ęterna. Ũ sic debet legi: Dñs dño dixit. i. pr̃ genuit filiũ: ꝓ
quẽ fieret qd̃ sequit'. Eadẽ em̃ rõne q̃ filij⁹ dr̃ ꝗbũ: ei⁹ generatio dicit' dictio. Eccl'. xxiiij. a. Ego ex oꝛe altissimi ꝓdij.
Ps. 44. Ps. Eructauit coꝛ meũ ꝗbũ bonũ. i. filiũ. Ul' f ¶ Dixit. i.
ęternaliter disposuit: g ¶ Dño meo. i. filio. Mõ dicit dñs
me⁹: ꝗ dicit/dño meo: qꝛ sol⁹ filij⁹ fact⁹ est emanuel: Esa.
vij. c. Etsi pater est dñs nr̃ ꝓ regnũ et potestatẽ: solus tñ filij⁹ est dñs nr̃ ꝓ naturę ꝓticipationẽ. h ¶ Sede a dextris
meis. i. ī q̃litate: inquãtũ de⁹. Job. xviij. b. Oia mea tua
sũt. Uel inquantũ hõ: a dextris. i. in potioꝝ⁹ bonis patris. Act'. vij. g. Ecce video cęlos aptos: ꝛ filiũ hois stantẽ
a dextris ꝗtut' dei. Par. vlt'. d. Et sedet a dextris virtutis
dei. Sede iquã: i ¶ Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ: id est plenarie tibi subijciã vel adoptatos vl' victos: vt sub te oẽs locũ teneãt/siue gr̃ę/ siue pęnę.
Et potest intelligi/pedũ tuoꝝ/quãtũ ad deitatẽ/ꝛ quãtũ
ad humanitatẽ: Deitas em̃ pes est sustẽtãs. Et dic̃ ī plurali:
qꝛ multiplicit' sustẽtat. Heb. j. b. Portãs oia ꝗbo ꝗtut' suę.
Sub deitate ponunt' oñes inimici/q̃tũ ad manifestationẽ:
qꝛ añ positi erãt ꝓ potestatẽ. Eccl'. xxiiij. a. Supbꝝ ꝛ sublimiũ colla ꝓpria ꝗtute calcaui. Itẽ hũana natura est pes: qꝛ
est inferior in christo.
Et dic̃ de hac ī plurali/pedũ: ꝓpt̃ corp⁹ ꝛ aiaꝝ. Esa. xli. a. Semita ī pedib⁹ eius nõ appebit. i. semita peccati ī corpe ꝛ aia christi. Sub his pedibus
ponent' oia: maxie in
die iudicij. Esa. lxiij. a. Calcaui eos ī ira mea. i. calcabo. Et
q̃ dic̃/sede ꝛc. donec ꝛc. nõ intelligendũ est q̃ ampl⁹ nõ
sit sessur⁹. Li/donec/em̃ nõ est exclusiuũ: ꝗ inclusiuũ: sic in
mult' locl' ponit: Sic ibi in Ps. Oculi nr̃i sp ad dñm/donec Ps. 122.
misereat nr̃i. Et Matth. j. d. Mõ cogiscebat eã donec peperit
filiũ suũ ꝑmogenitũ. Et. j. Timoth. iiij. d. Donec venio attẽde lectioni. Chrysostom⁹ ponit tale exẽplũ: Mõ loq̃bat ei
donec moꝛtu⁹ ē: et nũq̃d tũc: Mõ oportet: qꝛ iquit Chrysostom⁹/negauit qd̃ fieri potuit: qd̃ ꝗo ñ potuit fieri/cur negaret: Mucusq̃ fuerũt ꝗba pr̃is ad filiũ/ q̃ recitauit ꝓpha: nũc
aũt ꝓuertit se ꝓpha ad loq̃ndũ ipsi christo/dicẽs: k ¶ Uirgã vtut' tuę ꝛc. q. d. de⁹ pr̃ dixit inimicos ponẽdos scabellũ: Sz nõ ī futuro tm̃ iplebit: ꝗ ī pr̃iti icipiet. Et vñ incęperit ostẽdit: dicẽs: Uirgã vtut' tuę emittet dñs ex
sion. i. potẽtię
Doꝛalit': f ¶ Dixit dñs ꝛc. Hoc dic̃ dauid: q̃ iterꝓtat Doꝛaliter
manu foꝛt': vel aspectu desiderabilis: ꝛ significat bonũ affectũ in aia: q̃ foꝛt' ē manu. i. ad eliciendũ op⁹ bonũ: ꝛ ideo desiderabilis est ãgelis ad videndũ. Hic dic̃: Dixit dñs. i. intellect⁹ vl' synderesis: vl' ipse spũsctũs: g ¶ Dño meo. i.
libero arbitrio: qd̃ est dñs ī regno aię: h ¶ Sede a dextr'
meis. i. ī bonis spũalib⁹ req̃esce. Liberũ em̃ arbitriũ ad mo Libex arbitriũ
dũ auis volitat huc ꝛ illuc: qꝛ nihil est mẽte fugaci⁹. Sz fa/ ad modũ auis
tua est auis q̃ residet ī sterq̃linio vel laqueo: Sic fatuũ ē mul volitat
toꝝ arbitriũ q̃ multa loca circũeundo volitant: mõ cogitãtes de pnia tali vl' tali faciẽda: mõ de religione illa vl' illa intrãda: Et tãdẽ nec hic nec ibi residẽt: ꝗ sic scabzones in sterq̃linio ꝛ laq̃is diuitiaꝝ ꝛ pctõꝝ alioꝝ faciũt sessionẽ. Threñ.
iij. g. Sessionẽ eoꝝ ꝛ resurrectionẽ vide. Diuitię aũt ꝛ tpalia
stercoꝛa sũt ꝓ m iudiciũ pauli/Phil'. iij. b. Oia detrimẽtũ feci ꝛ arbitroꝛ vt stercoꝛa. Itẽ laquei st̃. j. Timoth. vj. b. Qui
volũt diuites fieri: icidũt ī tẽptatiões ꝛ laqueũ diaboli. Sap.
xiiij. b. Creaturę dei ī odiũ factę st̃: ꝛ ī tẽptationẽ aię hoim:
ꝛ ī muscipulã pedib⁹ isipiẽtiũ. Hęc aũt sũt a sinistris: sic ꝛ
Prouer. iij. b. In sinistra illi⁹ diuitię ꝛ glia. A dextr' aũt nõ
sũt laquei/nec ĩmũdicię: ꝗ mũdicia ꝛ vita ęterna. Ũ ibidẽ:
Lõgitudo diei ī dextera ei⁹. Jõ dꝫ sedere liberũ arbitriũ a
dextr'. i. illa eligere q̃ ad illã vitã pducũt: ꝛ ī illis manere/nõ
ad hoꝛã/ꝗ sp: Ũ seq̃t: i ¶ Donec ponã: dic̃ bon⁹ affect⁹:
inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. i. donec sbiecti sint
tibi penit⁹ inimici tres: de q̃b⁹ ꝛ: mund⁹/caro/dẽmonia ꝛc.
Hęc aũt supat bon⁹ affect⁹/ꝛ ponit sb pedib⁹ libi arbitriũ: qꝛ
sic aiat' hõ ñ pcipit ea q̃ st̃ spũs dei: sic coꝛ affectũ dulcedie dei 1. Cor'. 2. d.
abomiabit' voluptatẽ pcti: Quia gustato spũ/desipit oꝛs caro. Nec solũ peccare ꝓtẽnit anim⁹ sic affect⁹: sz etiã ī eis q̃ in
mũdo agere licet/occupari rẽuit: vt ꝛ ꝛ btõ Augl'. Displicebat ei q̃d̃q̃ agebat ī sęcl'o ꝓ dulcedie dei ꝛ decoꝛe dom⁹ dei
quã dilexit. k Uirgã vtut' tuę emittet dñs ex siõ. Hoc Btã ꝗgo dicit
ē bonũ thema ī natiuitate btẽ ꝗgis: vt ꝓpha ando dicat ꝓpha ꝗga virtutis
christo: Uirgã vtut' tuę. i. beatã virginẽ. l ¶ Emittet
✱ dñs ex sion
k ¶ Uirgã vtut' ꝛc: Doꝛalit'. Uirga ē correctio. j. Cor' Alit' moꝛaliter
iij. d. Quid vult': ī virga veniã ad vos ꝛc. Ps. Uisitabo in Ps. 88.
virga iniq̃tates eoꝝ. Hęc tũc est ꝗga ꝗtutis diuinę: cũ coꝛre Virga dicit'
ctũ emẽdat. Hęc ē em̃ ꝗr⁹ dei. Prouer. xxiij. b. Noli subtrahere a puero disciplinã: si em̃ pcusser' eũ ꝗga/nõ moꝛiet: pcuties eũ ꝗga: ꝛ aiaꝝ ei⁹ de iferno liberasti. Hãc/ l ¶ Emit/
tet dñs ex sion